N.° 13. A

1479. 6. Martij.

Chirographium aggregationis Dni Ludovici de S.° Petro in Confraternitatem S.ti Spiritus in Urbe

INNOCENTIUS FAUSARI ET APOSTOLICI ROMAN

Sancti spiritus in saxia Comendatarius ac totius ordiniſ eius Magiſter generalis: & ad infraſcripta comiſſariuſ ſpecialiter deputatuſ. Omibus & singulis christi fidelibus salute in eo: qui est vera salus. Charitatibuſ vris per preſentes innoteſcere volumuſ: Qualiter Sanctiſſimuſ Dominus noſter Dns Xyſtus diuina prouidentia papa quartus animaru saluti aſſidue intendens Anno a Natali Chriſtiano Millesimo quadrigenteſimo Septuageſimo septimo prefato hoſpitali quanda venerabiliſſima confraternitate inſtituit: qua sua Sanctitas cum omni Sacro Dnorum Cardinaliu collegio intrauit. Cuius autem confratribuſ et consororibuſ inter innumeras alias gras indulſit & concessit: vt Confessore regulare vel secularem pro voto cuiuſuis eoru poſſit eligere: A quo extra vrbem semel i vita. & in articulo mortis plenarie: et ab omnibuſ caſibuſ etiam sedi apostolice reſeruatis valeat abſolui. Quilibet vero cofrater i vrbe reſidens semel in anno a reſeruatiſ abſolui. et ab omni irregularitate (bigamia et volutario homicidio dutaxat exceptis) diſpenſari: atque a labe simonie expurgari in foro conſcientie: super beneſicijs etiam et dignitatibuſ prouiſi fructuſ suos facere. A no reſeruatis vero tam in vrbe q extra totienſ qtiens oportunu fuerit abſolui. Ac tempore interdicti eccleſiaſtice tradi ſepulture: prout in ipis litteris apoſtolicis ... et plenius continetur. Itaq Spectatuſ Equeſ: et Eximiuſ vtriuſque iuris Doctor Dns Ludouicus de sancto petro ... Cupiens exoptans q tantaru indulgentiaru particeps fieri: Nobis humiliter supplicauit: vt predicte ipm confraternitati annumerare dignaremur. Nos itaque pro eius voto affectu paterno annuetes eundem Dnm Ludouicu in libro predicte fraternitatiſ vite nucupato aſcribi fecimus: eumq in Confratre oſculo pacis hodie sexto meſis Martij: qua decet solenitate accepimuſ. Declarateſ et apoſtolica auctoritate decernetes eunde Dnm Ludouicu de sancto petro omibuſ et singlis gratijs indultis priuilegijs: et indulgetijs supramemorate fraternitati collatiſ et conceſſis gaudere et vti poſſe et debere. In cuius rei fidem et teſtimoniu preſentes fieri: et Sigilli ad hoc deputati impreſſione ac noſtre manuſ subſcriptione munitas eidem dari iuſſimus. Rome in ipso sacro hoſpitali Anno a Natali Domini Milleſimo: quadrigenteſimo: Septuageſimo Nono. Die sexta menſis Martij MCCCCLXXVIIJ

de firmo Secretarius ...

Aggregatio Ill.mi D. Ludovici
de S.to Leone in societatem
institutam p. S.mum D. N. Pa-
pam Sixtum de anno 1479
6. Martij